en het oog der blinden;

de vachten van zijn schapen
verwarmden de schouders der zieken,
en

hij was
de vader der wezen
en de echtgenoot der weduwen,
terwijl hij zich
in zijn hart
over de ondergang van zijn vijand
niet verheugde.

6. Maar zie hem nu ook
zegevieren
aan de linkerhand,
wanneer hij bij tegenspoed
een nog verhevener deugd ten toon
spreidt;

in één ogenblik van zijn zeven zonen
berooft
geeft hij zich als vader
niet over aan bittere droefheid,
maar is als waarachtig dienaar Gods
blij
om de wil van zijn Schepper.

Van rijk wordt hij doodarm,
van welgesteld ontdaan van alles,
op de gezondheid volgt de verrotting,
en eer en glorie maken plaats voor oneer

atque ex omni parte membrorum
glaebas uermium
mersis in profunda uulnerum digitis
detrahebat.

7. In quibus cunctis
in nullam
desperando prolapsus est
blasphemiam
nec aduersum creatorem suum
in aliquo murmurauit.

Quin immo
nequaquam
tanta temptationum mole atque acerbitate
conterritus
ipsum quoque
quod ex omni pristina facultate
suo corpori superfuerat
indumentum,
quod que solum
quia ipso uestiebatur
a diaboli potuerat uastatione saluari,
rescindens
atque abiciens
adiexit
super illam,
quam dirissimus praedo intulerat,
spontaneam nuditatem.

8. Comam quoque capitis,
quae sola
de prioris gloriae reliquiis
intacta remanserat,
uexatori suo proiecit
abscisam
et amputans etiam id
quod saeuens reliquerat inimicus
illa caelesti aduersus eum uoce
tripudiat
et insultat:

*si bona suscepimus
de manu domini,
mala
non sustinebimus?
Nudus egressus sum
de utero matris meae,
nudus reuertar illuc:
dominus dedit,
dominus abstulit:*

en verachting, maar niettemin blijft zijn
zielensterkte onverlet.

Beroofd van al zijn have en goed
wordt de mesthoop zijn verblijfplaats,
en gelijk een strenge beul van zijn eigen
lichaam
krabt hij met een potscherf
de onreinheid weg die druipt uit zijn
wonden,
waar hij ook zijn vinger in steekt
om hele kluwens wormen
alom van zijn ledematen
te verwijderen.

7. Ondanks dit alles
brengt toch
geen wanhoop
hem tot godslastering
of tot enig woord van ontevredenheid
tegen zijn Schepper,

en
geenszins wordt hij
door deze talrijke en hevige bekoring
gebroken.
Zelfs het kleed
dat hem
van zijn vroegere rijkdom is overgebleven
en dat alleen
aan de woede van de duivel kon
ontsnappen
omdat Job het aan had,
zelfs dat kleed
scheurt hij in stukken
en werpt het weg,
en voegt aldus
de vrijwillige naaktheid
bij al de ontberingen
die deze hardvochtige rover hem
aandeed.

8. Ook zijn hoofdhaar,
laatste
ongeschonden
rest van vroegere luister,
snijdt hij af
en werpt het naar de beul,
en terwijl hij zich aldus zelfs ontdoet van
hetgeen

*sicut domino placuit,
sic factum est:
sit nomen domini benedictum.*

Ambidextrum
merito dixerim
et Ioseph,
qui
in prosperis
gratior patri,
religiosior fratribus,
acceptior deo,
in adversis
castus,
domino fidelis,
carcere mitissimus unctis,
iniuriarum in memor,
beneficus inimicis,
invidis
et quantum in ipsis fuit
interfactoribus fratribus
non solum pius,
sed etiam munificus
inuenitur.

9. Hi ergo
eorum que consimiles
recte ambidextri
id est ambidextri nuncupantur.

Utraque enim manu utuntur
pro dextera
et inter haec quae apostolus dinumerat
transeuntes
pariter dicunt:

*per arma iustitiae
quae a dextris sunt et a sinistris,
per gloriam et ignobilitatem,
per infamiam et bonam famam,
et cetera.*

De qua dextera uel sinistra
ita Salomon
ex persona sponsae loquitur
in Cantico Canticorum:
*laeua eius sub capite meo,
et dextera eius amplexabitur me.*

zijn razende vijand hem nog had laten
behouden,
juicht hij tegen hem
en lacht hem uit
met deze echt hemelse woorden:
*Als wij het goede hebben aangenomen
uit de hand van de Heer,
waarom zouden we dan het kwade
niet van Hem willen verdragen?
Naakt trad ik te voorschijn
uit de schoot van mijn moeder
en naakt keer ik er weer terug.
De Heer heeft gegeven,
de Heer heeft genomen;
zoals het de Heer behaagde,
is het geschied:
's Heren Naam zij gezegend (Job
2,10).*

Met reden zou ik
ook Jozef

dubbel-rechts kunnen noemen,
want
in voorspoed
de lieveling van zijn vader,
vol toewijding jegens zijn broers,
en God bijzonder dierbaar,
was hij
in tegenspoed
kuis,
zijn meester getrouw,
heel zachtzinnig voor de gevangenen,
het onrecht niet indachtig,
goed voor zijn vijanden,
en niet alleen teder
maar zelfs vrijgevig
voor zijn afgunstige broers,
die ook zijn moordenaars waren,
voor zo ver het althans van hen afhing.

9. Ja, terecht
zegt men van deze mensen
en huns gelijken
dat zij dubbelrechts zijn,

want zij gebruiken beide handen
als rechterhand
en terwijl zij alles doormaken
wat de Apostel opnoemt,
zeggen ook zij:

Quas licet utrasque
utiles esse significet,
tamen illam
sub capite suo ponit,
quia subiacerere debent
aduersae partes
principali
cordis.
Ad hoc siquidem tantum utiles sunt,
ut pro tempore nos exerceant
et erudiant ad salutem
ac perfectos ad patientiam reddant.

Dexteram uero
ad confouendam se
ac perpetuo
conseruandam
salutari amplexu sponsi
sibimet cohaerere
atque insolubiliter ei
optat
innecti.

10. Erimus igitur
ambidextri,
quando nos quoque
rerum praesentium copia uel inopia
non mutarit
et nec illa nos
ad uoluptates noxiae remissionis
inpulerit
nec ista
ad desperationem adtraxerit
et querellam,
sed similiter deo grates
in utroque
referentes parem fructum
de secundis aduersis que
capiamus.

Qualem se ille
uerus ambidexter doctor gentium
fuisse testatur
dicens:

*ego enim didici
in quibus sum
sufficiens esse.
Scio et humiliari,
scio et abundare:
ubique et in omnibus*

*door de wapenen der gerechtigheid
in rechterhand en linkerhand,
in eer en schande,
in kwade en in goede faam
... (2Kor. 6,7.8).*

Van deze rechter- en linkerhand
spreekt Salomon aldus
door de mond van de bruid
in het Hooglied:

*Zijn linker is onder mijn hoofd
en zijn rechter omhelst mij (Hgl. 2,6).*

Beiden
verklaart zij aldus nuttig
en toch legt zij één ervan
onder haar hoofd,
want daaraan
als aan het voornaamste orgaan van het
hart
moeten de tegenkantingen
onderworpen zijn.

Deze hebben immers geen ander nut
dan dat zij ons nu in de tijd oefenen
en onderrichten ter zaligheid
en volmaakt doen zijn in het geduld;

met de rechterhand echter
verlangt zij
een blijvend,
nooit ophoudend contact,
waardoor de Bruidegom haar
in een gelukkige omhelzing
voor altijd
koestert
en bewaart.

10. Zo zullen ook wij
dubbelrechts zijn,
als overvloed of gebrek
ons
niet schaden,
zodat de eerste
ons niet brengt
tot de genietingen van een verderfelijke
verslapping
en de laatste
ons geen oorzaak wordt van wanhoop
en ontevreden gemor,

*institutus sum,
et saturari
et esurire
et abundare
et penuriam pati.
Omnia possum
in eo
qui me confortat.*

maar wij God even dankbaar zijn
voor de éne als voor de andere,
en gelijke vrucht
plukken
uit voorspoed en tegenspoed,

zoals
die werkelijk dubbelrechtse Leraar der
heidenen
van zichzelf getuigt
waar hij zegt:

*ik heb geleerd
tevreden te zijn
met wat ik heb.
Ik weet armoede te lijden
en in overvloed te leven;
met alles ben ik in alle
omstandigheden
vertrouwd:
met verzadigd zijn
en honger lijden,
met overvloed
en met gebrek.
Tot alles ben ik in staat
door Hem
die mij sterkt (Fil. 4,11-13).*

XI. DE DUPLICI GENERE TEMPTATIONUM QUAE TRIPLICI MODO INFERUNTUR

1. Ergo

licet dixerimus
bipertitam esse temptationem,
id est
in rebus uel prosperis
uel aduersis,
sciendum tamen
omnes homines
triplici ratione
temptari:
plerumque ob probationem,
nonnumquam ob emundationem,
interdum ob merita delictorum.

Et
ob probationem quidem
ut beatum Abraham,
ut lob
multos que sanctorum

11. VAN DE TWEE SOORTEN BEKORINGEN EN DE DRIE WIJZEN WAAROP ZIJ OPTREDEN

1. Er doen zich dus

twee soorten bekoringen voor,
gelijk wij zeiden,
namelijk:
die bij vóór-
en die bij tegenspoed,
maar toch dient men te weten,
dat de wijze waarop de mensen
bekoord worden,
drievoudig is:
meestal is de bekoring een beproeving,
soms een loutering,
soms ook een straf voor zonden.

Wat de eerste reden betreft,
de beproeving,
lezen wij
dat Abraham,
Job,

tribulationes innumeras
legimus
pertulisse,
uel illud
quod in Deuteronomio dicitur ad populum
per Moysen:

*et recordaberis cuncti itineris illius,
per quod adduxit te dominus deus tuus
quadraginta annis per desertum,
ut affligeret te
atque temptaret,
et nota fierent
quae in tuo animo uersabantur,
utrum custodires mandata illius
an non.*

Et illud
quod in psalmo dicitur:

*probaui te
ad aquam contradictionis.*

Ad lob quoque:

*an putas
me tibi aliter locutum
quam ut appareres iustus?*

2. Ob emundationem uero,
cum iustos suos
pro paruus quibusdam leuibus que
peccatis
seu pro elatione suae puritatis
humilians
diuersis temptationibus
trahit,
ut omnem sordem cogitationum
et
ut uerbis prophetae dicam
scoriam,
quam in occultis eorum
peruidet esse concretam,
excoquens in praesenti
uelut aurum purum
futuro transmittat examini,
nihil in eis residere
permittens
quod
scrutans post haec
iudicii ignis
poenali cruciatu expurgaturus

en vele andere heiligen
tallose kwellingen
hebben verduurd.
In diezelfde geest
spreekt Mozes
in het Boek Deuteronomium tot het volk:
*Gij zult indachtig zijn de ganse weg,
waarlangs de Heer u veertig jaren lang
geleid heeft door de woestijn,
om u te vernederen
en op de proef te stellen,
en opdat bekend zou worden
hetgeen in uw gemoed schuilde,
of gij zijn geboden zoudt onderhouden
of niet (Dt. 8,2).*

Dat is ook de betekenis
van het psalmvers:

*Ik heb u beproefd
bij het water der tegenspraak (Ps.
81,8);*

en van de woorden die gericht zijn tot
Job:

*Denkt ge
dat ik om een andere reden heb
gesproken
dan om u rechtvaardig te doen blijken?
(Job. 40,3 LXX).*

2. De beproeving dient ten tweede tot
loutering,
als God zijn rechtvaardigen -
voor sommige kleine en lichte zonden
of om enige zelfverheffing over hun
zuiverheid- vernedert
door ze aan verschillende bekoringen
over te leveren,
om alle vuil,
of,
om het woord van de profeet te
gebruiken,
alle slakken (vgl Jes. 1,25)
die Hij in hun geheime gedachten
aanwezig vindt,
reeds in dit leven uit te puren.
Want Hij wil ze als zuiver goud
aan het komende Onderzoek overgeven
en gedooft niet
dat er in hen iets blijft

inueniat,
secundum illud:

*multae tribulationes
iustorum,*

et:

*fili,
noli neglegere disciplinam domini,
neque fatigeris
cum ab eo increparis:
quem enim diligit dominus corripit,
flagellat autem omnem filium quem
recipit.
Quis enim est filius
quem non corripit pater?
Quodsi extra disciplinam estis,
cuius participes facti sunt omnes,
ergo adulterini
et non filii estis.*

Et in Apocalypsi:
*ego quos amo,
arguo et castigo.*

3. Ad quos etiam
sub figura Hierusalem
ex persona dei
ita per Hieremiam sermo dirigitur:
*faciam enim consummationem
in cunctis gentibus,
in quibus dispersi te:
te autem non faciam in
consummationem:
sed castigabo te in iudicio,
ut non tibi uidearis
innoxius.*

Pro qua salutari emundatione
orat David dicens:
*proba me domine, et tempta me:
ure renes meos et cor meum.*

Esaias [id est: Jeremia]
quoque utilitatem huius temptationis
intellegens
*corripe inquit, nos domine,
uerumtamen in iudicio:
et non in furore tuo,*
et iterum [id est: Esaias]:
*confitebor tibi domine,
quoniam iratus es mihi:*

waarin
het vorschend vuur van het Oordeel
hiernamaals
stof zou vinden
die met pijnlijke kwelling moet worden
uitgeboet.

Zo staat er geschreven:
*Talrijk zijn de wederwaardigheden
der rechtvaardigen (Ps. 33,20),*

en:

*Mijn zoon,
verwerp de kastijding des Heren niet,
en wees niet ontmoedigd,
zo ge door Hem wordt gestraft.
Want de Heer kastijdt die hij bemint,
tuchtigt elke zoon die Hij liefheeft.
Want is er wel een zoon
die door zijn vader niet wordt
gekastijd?
Zo ge dus zonder kastijding zoudt
wezen,
waarvan allen hun deel krijgen,
dan waart ge bastaards
en geen zonen (Hebr. 12,5-8);*

en in het Boek der Openbaring:
*Ik bestraf en tuchtig
al die Ik liefheb (Op. 3,19).*

3. Van deze rechtvaardigen
is ook Jerusalem het beeld
waar Jeremia God
aldus tot de stad laat spreken:
*Ik zal te niet doen
al de volken
werwaarts Ik u heb verstrooid,
doch ù zal Ik niet te niet doen
maar u kastijden naar billijkheid,
opdat ge u niet
voor onschuldig zoudt houden (Jer.
30,11).*

Om deze heilzame zuivering
bidt David als hij zegt:
*Beproef mij, Heer, en toets mij,
doorlouter mijn nieren en mijn hart
(Ps. 26,2).*

Ook Jeremia begrijpt het nut van deze
beproeving

*conuersus est furor tuus,
et consolatus es me.*

4. Pro merito autem peccatorum
plaga temptationis
infertur,
ut ibi
plagas populo israheli
inmissurum se
dominus conminatur
dicens:

*dentes bestiarum
 inmittam in eos,
 cum furore
 trahentium super terram,*

et:

*frustra percussi filios uestros,
 disciplinam non recepistis.*

In Psalmis quoque:

multa flagella peccatorum,

et in euangelio:

*ecce sanus factus es:
 iam noli peccare,
 ne deterius tibi aliquid contingat.*

Inuenimus sane

et quartam rationem,

qua

ob manifestandam solummodo

gloriam et opera dei

inferri quibusdam

aliquas passiones

scripturarum auctoritate

cognoscimus

secundum illud euangelii:

*neque hic peccauit
 neque parentes eius,
 sed ut manifestentur
 opera dei in ipso,*

et iterum:

*infirmitas haec non est ad mortem
 sed pro gloria dei,
 ut glorificetur filius dei per ipsam.*

5. Sunt autem

et alia ultionum genera,

quibus nonnulli

qui malitiae supergressi sunt cumulum

en roept uit:

*Kasttijd mij, Heer,
 maar volgens recht
 en niet in uw gramschap (Jer. 10,24).*

En Jesaja zegt:

*Ik zal u lofzingen, Heer,
 want Gij waart verstoord tegen mij;
 afgewend heeft zich uw toorn
 en Gij hebt mij getroost (Jes. 12,1).*

4. Op de derde plaats
dient de bekoring ook
tot straf voor de zonde,
zoals bijvoorbeeld
wanneer God
het volk van Israël
bedreigt met rampen,
zeggende:

*Ik zal de tanden der wilde dieren
 op ze afzenden
 en de woede der slangen
 die over de grond kruipen (Dt. 32,24);*

en elders:

*Tevergeefs heb Ik u kinderen gegeven,
 ge wilde geen tucht aannemen (Jer.
 2,30).*

Zo staat er ook in de psalmen:

*Talrijk zijn de gesels der zondaren (Ps.
 31,10);*

en in het Evangelie:

*Zie, ge zijt genezen,
 zondig nu niet meer
 opdat u niet iets ergers overkome (Joh.
 5,14).*

Men kan zelfs

nog een vierde reden vinden voor deze

bekoringen, want

het gezag der heilige.Schrift

wijst er ons op

dat aan sommigen

enig lijden wordt opgelegd

alleen om Gods glorie en zijn werken

te openbaren,

volgens dit Evangeliewoord:

*Noch hij heeft gezondigd
 noch zijn ouders,
 maar opdat Gods werken in hem
 openbaar zouden worden (Joh. 9,3).*

percutiuntur
ad praesens,
ut
Dathan et Abiron siue Core
legimus fuisse damnatos
et uel maxime illos
de quibus apostolus dicit:

*propter quod tradidit illos deus
in passiones ignominiae
et in reprobum sensum:*

quod etiam
ceteris poenis
gravius iudicandum est.

De ipsis namque Psalmista
*in laboribus, inquit, hominum
non sunt,
et cum hominibus non flagellabuntur.*

6. Non enim
merentur saluari
uisitatione domini
nec
temporalibus plagis
consequi medicinam,
qui desperantes
semet ipsos tradiderunt impudicitiae
in operationem omnis erroris,
in inmunditiam,
qui que
obduratione cordis
et usu ac frequentia delinquendi
purgationem breuissimi huius aevi
et ultionem uitae praesentis
excedunt.

Quibus etiam
per prophetam
sermo diuinus exprobrat:
*subuerti uos,
sicut subuertit deus Sodomam et
Gomorraam,
et facti estis
sicut torris raptus de incendio:
et nec sic redistis ad me,
dicit dominus.*

Et Hieremias:
*interfeci et perdidit populum meum,
et tamen a uiis suis*

En nog:

*Deze ziekte is niet dodelijk,
maar ze dient tot glorie van God,
om Gods Zoon te verheerlijken (Joh.
11,4)*

5. Er bestaan
nog andere soorten goddelijke straffen,
waarmee aanstonds
diegenen worden getroffen
die de maat der menselijke boosheid
te buiten zijn gegaan,
zoals wij lezen
dat Dathan en Abiron en Core
veroordeeld werden (Num. 16),
en vooral zij
van wie de Apostel zegt:
*Daarom heeft God ze overgeleverd
aan schandelijke driften
en aan een verkeerde zin (Rom.
1,26.28),*
hetgeen toch wel
erger is
dan al de overige straffen.

Van hen zegt dan ook de psalmist:
*Zij hebben geen deel
aan de kweuling der mensen
en worden niet met hen gekastijd
(Ps.72,5).*

6. Want zij verdienen niet
door het bezoek van de Heer
gered te worden,
noch
een geneesmiddel te vinden
in het lijden van deze tijd,
zij die zonder hoop
zich overleveren aan de losbandigheid,
aan het bedrijven van alle dwaling,
aan hun hart
en de gewoonte van veelvuldig te
zondigen
zich ongeschikt maken
voor de zuivering aan deze zo korte tijd
eigen,
en voor al de straffen
die zich slechts tot dit aardse leven

*non sunt reuersi,
et iterum:
percussisti eos,
et non doluerunt:
adtriuisti eos,
et rennuerunt accipere disciplinam:
indurauerunt facies suas super petram,
noluerunt reuerti.*

7. Erga quorum curationem
omnem temporis istius medicinam
uidens propheta
in cassum fuisse consumptam,
desperans quodammodo iam de eorum
salute
proclamat:

*defecit sufflatorium in igne,
frustra conflauit conflator:
malitiae enim uestrae non sunt
consumptae.
Argentum reprobum uocate eos,
quia dominus proiecit eos.*

Hanc salutarem ignis purgationem
circa eos
qui praedurati sunt sceleribus suis
inaniter
se dominus adhibuisse
sub persona Hierusalem
concretatae profunda robigine peccatorum
ita conqueritur

*pone, inquiens, eam super prunas
uacuam,
ut incalescat,
et liquefiat aes eius:
et confletur in medio eius
inquinamentum eius.
Multo labore sudatum est,
et non exiuit de ea nimia robigo eius,
neque per ignem.
Inmunditia tua execrabilis:
quia mundare te uolui,
et non es mundata
a sordibus tuis.*

8. Quamobrem
ut peritissimus medicus
expensis omnibus salutaribus curis
nec ullum iam remedii genus
quod infirmitati eorum possit aptari
dominus superesse conspiciens

beperken.

Door
de profeet
richt God tot hen het volgende verwijt:
*Ik heb u verwoest,
gelijk God Sodoma en Gomorha
verwoestte
en ge zijt geworden
als een aan vlammen ontruk
brandhout;
en zijt niet teruggekeerd tot Mij,
zegt de Heer (Am. 4,11).*

En Jeremia op zijn beurt:
*Ik doodde en verdelgde mijn volk
en toch zijn ze niet teruggekeerd
van hun wegen (Jer.15,7).*

En elders:
*Gij hebt ze geslagen
en zij ontwaarden geen smart;
Gij hebt ze verbrijzeld
en zij weigerden de tucht aan te
nemen,
zij maakten hun gelaat harder dan een
rotssteen
en wilden niet terugkeren (Jer. 5,3).*

7. De profeet ziet dus
dat al de geheimen van deze tijd

ze niet mochten baten
en nu wanhoopt hij in zekere zin aan hun
heil
en roept uit:

*Bezweken is de blaasbalg. -
vergeefs heeft de louteraar gelouterd;
want uw boosheden zijn niet verteerd.
Noemt ze afgekeurd zilver,
want de Heer heeft ze verworpen (Jer.
6,29-30).*

De Heer klaagt verder aldus
over het feit dat Hij
deze heilzame foltering door middel van
vuur tevergeefs
heeft toegepast
op de in hun misdaden verharde
zondaars,
die hier worden genoemd: Jerusalem,

quodammodo
iniquitatum magnitudine
superatur,
ac
discedere
ab illa clementi sua castigatione
compellitur
itaque ei denuntiat
dicens:
*iam non irascar tibi,
et zelus meus recessit a te.*

De aliis uero,
quorum non praedurauit cor
frequentia peccatorum
nec illa seuerissima
et ut ita dixerim caustica ignis
indigent medicina,
sed eruditio salutaris uerbi
sufficit ad salutem,
dicitur:
*emendabo eos
in auditu
tribulationis suae.*

9. Non ignoramus
alias quoque
animaduersionum
siue ultionum
causas,
quae inferuntur his
qui grauissime deliquerunt,
non ad expianda eorum crimina
nec ad abolenda merita peccatorum,
sed ad emendationem
metum que uiuentium.

Quae euidenter
in Hieroboam filium Nabath,
Baasa quoque filium Achia
et Achab atque Iezabel
inlata cognoscimus
ita pronuntiante diuina censura:
ecce
*ego inducam super te malum,
et demetam posteriora tua,
et interficiam de Achab
mingentem ad parietem,
et clausum
et nouissimum in Israhel.*

geheel doortrokken van het zonde-roest:
*Zet de koperen ketel leeg op de kolen
zodat hij heet wordt
en zijn koper gaat gloeien,
en zijn onreinheid van binnen
wegsmelt.
Met veel arbeid heeft men gezwoegd
en zijn al te erge roest is er niet
afgegaan,
zelfs niet door het vuur.
Uw onreinheid is afschuwelijk
want Ik wilde u reinigen
en ge werd niet gereinigd
van uw smetten (Ez. 24,11-13).*

8.
Als een zeer bekwaam arts
heeft de Heer al zijn geneesmethodes
uitgeput
en Hij ziet
dat geen middel meer rest
dat op hun kwaal zou kunnen worden
toegepast.
Nu wordt Hij als het ware
overweldigd
door de grootheid van hun
ongerechtigheden,
en,
gedwongen
van de kastijdingen van zijn
goedertierenheid
af te zien,
waarschuwt Hij daarom
met de woorden:
*Ik zal niet meer op u vertoord worden
en mijn ijverzucht is van u geweken.
(Ez. 16,42).*

Heel anders spreekt Hij tot diegenen,
wier hart door de menigte van hun
zonden
niet is verstokt,
die geen behoefte hebben
aan die allerstrengste behandeling,
aan dat als het ware weggebrand vuur,
maar voor wier genezing
een berisping met woorden voldoende is.
Tot hen zegt Hij:
*Ik zal ze verbeteren
door ze te laten horen
wat hen kwelt (Hos. 7,12).*

*Et dabo domum tuam
sicut domum Hieroboam filii Nabath,
et sicut domum Baasa filii Achia:
quia egisti,
ut me ad iracundiam prouocares,
et peccare fecisti Israhel.
Canes etiam comedent lezabel
in agro lezrahel.
Si mortuus fuerit Achab in ciuitate,
comedent eum
canes:
si autem mortuus fuerit in agro,
comedent eum
uolucres caeli,*

et illud
quod pro ingenti conminatione
denuntiatur:
*non inferetur cadauer tuum
in sepulchrum patrum tuorum.*

10. Non quo
uel illius
tam profana conmenta,
qui uitulos aureos
ad perpetuam praeuaricationem plebis
impiam que a domino separationem
primus instituit,
uel illorum
tam innumera
tam que nefaria sacrilegiorum crimina
haec excoquere
breuis ac momentanea poena
sufficeret,
sed
ut ceteris quoque,
qui futura
uel neglegentes
uel penitus non credentes
consideratione tantummodo praesentium
frangebantur,
terror istarum quas metuebant ultionum
incuteretur
exemplo,
nec
apud illam summi numinis maiestatem
esse
humanarum rerum et cotidianae
dispensationis
incuriam
documento huius seueritatis

9. Wij weten overigens wel
dat er nog andere
motieven bestaan
voor de goddelijke straffen
en wraakgerichten,
waarmee soms grote zondaars
worden getroffen,
niet tot uitboeting van hun schuld
of tot delging van zondenstraffen,
maar om andere mensen vrees aan te
jagen
en ze aldus tot bekering te brengen,

zoals wij dat
bij Jeroboam de zoon van Nabat,
en bij Baäsa de zoon van Ahia,
alsook bij Achab en Jezabel
zien gebeuren,
volgens de goddelijke uitspraak:

*Zie,
Ik zal kwaad over u brengen
en uw nakomelingen wegmaaien
en van Achab doden
al wat man is
zowel de beslotene
als de laatste in Israël.
En Ik zal uw huis maken
als het huis van Jeroboam, de zoon
van Nabat,
en zoals het huis van Baäsa, de zoon
van Ahia,
omdat ge gehandeld hebt
om Mij tot toorn op te wekken
en omdat gij Israël hebt doen
zondigen.
Maar ook Jezabel zullen de honden
opeten
op het veld van Jezrael.
Zo Achab sterft op het land
zullen de vogelen des hemels
hem opeten,
sterft hij echter in de stad,
dan zal hij opgegeten worden
door de honden (1Kon. 21,21-24).*

En dan nog elders
dat verschrikkelijke dreigement:
*Uw lijk zal niet worden gelegd
in het graf van uw vaderen (1Kon.
13,22).*

agnoscerent
ac
retributorem deum
cunctorum actuum
per haec
quae grauissime formidabant
manifestius peruiderent.

11. Inuenimus sane
etiam pro leuioribus culpis
nonnullos
eandem mortis ad praesens excepisse
sententiam,
qua sunt et illi puniti
quos praediximus extitisse
sacrilegae praeuaricationis auctores,
ut factum est in illo
qui sabbato ligna collegerat
uel in Annania et Sapphira,
qui parum quiddam de substantia sua
infidelitatis errore seruauerant.

Non quo
aequalia fuerint
pondera peccatorum,
sed
quia reperti
nouae transgressionis praesumptores
debuerunt praebere ceteris
quemadmodum peccati,
ita etiam poenae ac terroris
exemplum,
ut
quisquis eadem deinceps adfectare
temptasset,
nosset
sibi
secundum eandem formam
qua illi damnati sunt,
etiam si in praesenti supplicium differatur,
in futuri iudicii examinatione
reddendum.

12. Et
quia uidemur
excessum quendam,
dum genera temptationum
uel ultionum
percurrere uolumus,
a proposita narratione

10. Deze woorden betekenen heus niet
dat deze zo kortstondige straf
voldoende zou zijn
tot uitdelging
van die laaghartige verzinselen
van Jeroboam,
die als eerste
de dienst der gouden kalveren instelde
als een struikelblok voor het volk
dat oorzaak werd
van die talloze
en zo afschuwelijke heiligschennissen
van die anderen.
Neen,
ook de overige mensen
die onachtzaam waren
of zelfs volstrekt ongelovig
ten opzichte van wat het toekomstig leven
zou brengen en slechts beefden
bij het zien van de straffen van nu,
ook hun wilde God gevoelens van schrik
inboezemen door hun een voorbeeld voor
ogen te stellen
van strafgerichten, die zij vreesden.

Deze gestrengheid
moest hun ook het bewijs leveren
dat de Goddelijke Majesteit
geen zorgeloosheid
kent
tegenover het dagelijkse doen en laten
der mensen
en ze
door middel van de rampen
die zij zo zeer vreesden
duidelijker doen inzien
dat God al onze werken
beloont of straft.

11. Wij vinden er
ook enkelen
die voor lichtere fouten
aanstonds werden getroffen door
hetzelfde doodvonnis als zij
wier heiligschennende overtredingen
wij verhaalden.
Zo verging het bijvoorbeeld die man
die op de sabbath hout sprokkelde (Num.
15);

fecisse,
qua dicebamus
uirum perfectum
in utraque temptatione
manere
semper immobilem,
ad eandem
nunc iterum reuertamur.

zo ook Ananias en Saphira,
die, door hun ongetrouwheid bedrogen,
een weinig van hun geld wilden bewaren
(Hand. 5).

Niet
dat hun fout even zwaar was
als die der bovengenoemden,
maar
het was
een nieuwe overtreding die zij durfden
begaan
en daarom moesten zij,
zoals zij het slechte voorbeeld van de
zonde
hadden gegeven,
nu ook het schrikwekkend voorbeeld zijn
van de straf,
opdat elkeen,
die hen ooit zou willen navolgen,
zich getroffen mocht
weten
door hetzelfde vonnis
als zij,
en dat dezelfde straf, nu wellicht
uitgesteld,
hem wachtte
bij het laatste oordeel.

12. Maar
ons verlangen
om uit te weiden
over de verschillende soorten bekoringen
en goddelijke strafgerichten
schijnt ons
te hebben verwijderd
van ons oorspronkelijk onderwerp.
We spraken er namelijk over
dat de volmaakten
in beide bekoringen
steeds onbewogen
blijven,
en keren thans
tot deze stof terug.

XII. QUOMODO UIR IUSTUS NON CERAE, SED
ADAMANTINO SIGNATORIO DEBEAT ESSE
CONSIMILIS
Itaque

12. DE RECHTVAARDIGE MOET NIET ZIJN ALS
WAS, MAAR ALS EEN DIAMANTEN ZEGELRING
Het innerlijke van de rechtvaardige
moet dus niet

mens uiri iusti
non debet esse similis
cerae
uel alterius cuiusquam materiae mollioris,
quae semper
characteri signantium cedens
pro eius forma atque imagine figuratur
quam que in se tamdiu retinet,
donec alio rursum superinpresso
signaculo
reformatur.

Atque ita fiet,
ut numquam in sua qualitate persistens
ad formam eorum quae imprimuntur
semper conuertatur ac transeat.

Quin potius debet
uelut quoddam esse adamantinum
signatorium,
ut inuiolabilem
mens nostra
figuram sui semper custodiens characteris
uniuersa quae incurrerint sibi
ad qualitatem sui status
signet
atque transformet,
ipsa uero
insigniri
nullis incurribus
possit.

XIII. INTERROGATIO, SI POSSIT MENS IUGITER
IN UNA ATQUE EADEM QUALITATE DURARE
Germanus:
Potest ne mens nostra
unum statum
iugiter retinere
et in eadem semper qualitate
persistere?

XIII. RESPONSIO AD INTERROGANTIS
PROPOSITIONEM
1. Theodorus:

lijken
op was
of op enige andere weke zelfstandigheid,
die steeds
wijkt voor het zegel dat er wordt
ingedrukt,
beeld en gestalte daarvan aanneemt
en deze zolang bewaart
totdat het inprenten van weer een andere
zegel
daar wijziging in brengt.

Het gevolg hiervan is,
dat het nooit blijft zoals het is,
maar in voortdurende verandering
steeds de ingedrukte vorm aanneemt.

Het moet veeleer zijn
als een diamanten zegel,
zodat onze ziel
steeds haar eigen aard
bewaart
en alles wat haar overkomt
kenmerkt met
en omvormt
volgens haar persoonlijk stempel,
zonder dat haar zelf echter
een ander
kan
worden ingedrukt.

13. VRAAG: KAN DE GEEST DUURZAAM IN ÉÉN
EN DEZELFDE GESTELTENIS BLIJVEN?
Germanus:
Kan onze geest
duurzaam
in dezelfde gesteltenis blijven,
steeds volharden
in dezelfde houding?

14. ANTWOORD OP DE GESTELDE VRAAG
1. Theodorus:
Dit is een noodzaak:

Necesse est
ut
secundum apostolum
aut
renouatus quis spiritu mentis suae
per singulos dies proficiat
ad ea se quae in ante sunt
semper extendens,
aut
si neglexerit,
consequens est
ut retro redeat
atque in deterius relabatur.

Et idcirco
nullo modo
poterit mens
in una atque eadem qualitate
durare.

Uelut
si quis
contra aquas fluminis uiolenti
nauem subigere
remorum impulsione
conetur,
necesse est eum
aut
uirtute brachiorum
torrentis aluei inpetum desecantem
ad superiora conscendere
aut
remissis manibus
ad praeceps
prono amne
reuocari.

2. Quapropter
istud erit euidens nostri indicium
detrimenti,
si intellexerimus
nos nihil amplius adquisisse,
nec dubitemus
retrosum nos omnimodis reuocatos,
qua die non senserimus
ad superiora progressos,
quia
ut dixi
nec in eodem statu
mens hominis potest iugiter permanere,

men gaat
ofwel
elke dag vooruit,
vernieuwd naar de inwendige geest
(Ef. 4,23),
om met de Apostel te spreken,
reikhalzend
naar wat vóór ons ligt (Fil. 3,13),
ofwel,
als men nalatig is,

achteruit
en vervalt in een steeds ergere toestand.

Derhalve
kan de geest
niet
in één en dezelfde gesteltenis
blijven.

Het is ermee
als met iemand
die in een bootje
met zijn riemen
tegen de sterke stroom van een rivier
tracht op te roeien:

ofwel
hij gaat er tegenop
en doorklieft het snelstromende water
door de kracht van zijn armen;
ofwel
hij drijft,
met verslachte armen,
stroomafwaarts
naar beneden.

2. Wij kunnen er dus van op aan
dat we schade geleden hebben
als we constateren
dat we niets nieuws hebben gewonnen.
Wij behoeven er niet aan te twifelen
dat we achteruit zijn geweken
op de dag dat we niet waarnemen
dat we hogerop zijn vooruitgegaan.
Want,
zoals ik zei,
's mensen geest kan niet duurzaam
in dezelfde gesteltenis blijven,
en geen heilige zal,

nec in hac carne consistens
ita uirtutum apicem possidebit
quisque ille sanctorum,
ut immobiles perseuerent.

Necesse est enim
aut aliquid adici illis semper
aut minui,
nulla que in omni creatura
talis poterit esse perfectio,
quae mutabilitatis non subiaceat passioni,
secundum illud
quod in libro beati Iob legitur:
*quid est homo,
ut immaculatus sit,
et iustus appareat natus de muliere?
Ecce inter sanctos eius
nemo inmutabilis,
et caeli non sunt mundi
in conspectu eius.*

3. Solum namque
deum inmutabilem
confitemur,
quem tantummodo
sancti illius prophetae
ita conpellat oratio:
*tu autem idem ipse es,
et ipse de se:
ego sum, inquit, deus,
et non mutor,*

quod scilicet
ipse sit solus
naturaliter
semper bonus,
semper plenus
semper que perfectus,
cui nihil
nec adici possit aliquando
nec minui.

Ideo que
debemus
ad uirtutum studia
inremissa cura ac sollicitudine
nosmet ipsos semper
extendere
ipsis que nos iugiter exercitiis
occupare,
ne
cessante profectu

zolang hij leeft in het vlees,
zózeer op de toppen van de deugd
verkeren
dat hij onbeweeglijk volhardt.

Steeds zal er
iets worden toegevoegd
of worden afgedaan;
in geen enkel schepsel
zal de volmaaktheid zo kunnen zijn
dat zij geen verandering meer zou
hebben te verduren. Het is
zoals het in het boek van de zalige Job te
lezen staat:

*Wat is een mens
dat hij rein zou zijn,
rechtvaardig die uit een vrouw is
geboren?
Zie, zelfs onder zijn heiligen
is niemand onveranderlijk,
en de hemelen zijn niet rein
in zijn oog (Job 15,14-15).*

3. Inderdaad belijden wij
dat alleen God
onveranderlijk is.
Tot Hem alleen
spreekt het gebed van de profeet
aldus:

*Maar Gij zijt altijd dezelfde (Ps.
102,28).*

En God over zichzelf:

*Ik ben God
en verander niet (Mal. 3,6),*

omdat namelijk
Hij alleen
van nature
altijd goed is,
altijd in de volheid,
altijd volmaakt,

wie nooit
iets kan worden toegevoegd
noch ontnomen.

Wij moeten ons
dus
met onvermoeibare ijver en inspanning
steeds
op de deugden
toeleggen

confestim deminutio subsequatur.

Ut enim diximus,
in uno mens
eodem que statu
manere non praeualet,
id est
ut nec augmenta uirtutum capiat
nec detrimenta sustineat.

Non adquisisse enim
eius minuisse est,
quia
desinens
proficiendi adpetitus
non aberit a periculo
recedendi.

XV. QUOD DETRIMENTUM SIT DISCEDENTIS E
CELLA
Ideo que
iugis
cellae conmoratio
retentanda est.

Totiens enim
etiam reuersus
quis
uelut nouus in ea
et incipiens habitator
titubabit
atque turbabitur,
quotiens ab eadem
fuerit euagatus.

Illam namque
quam in cella residens
adquisierat
animi intentionem,
si fuerit relaxata,
recuperare rursus
non sine labore poterit ac dolore,
et
per hoc reductus retro
non de amisso cogitabit profectu,

en voortdurend met die oefeningen
 bezig zijn;
 anders zal,
 waar de vooruitgang ophoudt,
 dadelijk de achteruitgang volgen.

Want zoals wij zeiden,
 de geest kan niet
 in één
 en dezelfde gesteltenis blijven,

niet noch toenemen in de deugd
 noch verlies lijden.

Niet verworven hebben
 betekent voor hem: verloren hebben,
 want
 waar het streven om vooruit te gaan
 ophoudt,
 daar ontsnapt men niet aan het gevaar
 achteruit te gaan.

15. WELKE SCHADE HIJ LIJDT DIE ZIJN CEL
 UITGAAT
 Men moet daarom
 gestadig
 vasthouden
 aan het verblijf in zijn cel.

Want zo vaak men
 erbuiten zwerft,
 zo vaak ook
 zal men
 bij z'n terugkeer
 wankelen
 en onrustig zijn
 als was men een nieuweling
 die zijn cel juist betreft.

Is
 de toeleg van geest
 die men door in zijn cel te blijven
 had verworven,
 eenmaal verslapt,
 dan herkrijgt men die
 niet zonder moeite en pijn.
 En
 aldus teruggebracht
 zal men niet denken aan de gemiste

quem superadicere potuit
si e cella non fuisset excussus,
sed
gaudebit potius,
si illum statum de quo reccidit
semet ipsum senserit
recepisse.

Nam
sicut amissum ac praeteritum tempus
ulterius reuocari non potest,
ita ne illa quidem quae perierunt
possunt emolumenta restitui.

Quantumlibet enim
post haec
animi intentio
fuerit operata,
instantis diei profectus
et praesentis temporis quaestus est,
non lucri semel perditum reparatio.

XVI. DE MUTABILITATE ETIAM SUPERNARUM CAELESTIUM QUE UIRTUTUM

1. Mutabilitati autem
etiam supernas potestates
ut diximus
subiacere
declarant illi,
qui de eorum numero
corruptae uoluntatis uitio
conruerunt.

Unde
neque illi
inmutabilis naturae esse
putandi sunt,
qui in illa qua creati sunt beatitudine
perseuerant,
eo quod
in contrariam partem
non fuerint similiter deprauati.

Aliud namque est
inmutabilis naturae esse,
aliud

voortgang
die men had kunnen maken
als men zich niet aan de cel had laten
ontrukken;
neen,
men zal veeleer blij zijn
als men voelt
de kwijtgeraakte gesteltenis
herkregen te hebben.

Maar
zoals verloren en voorbij tijd
niet is terug te roepen,
zo is dat gemiste voordeel
niet in te halen.

Want
hoe grote toelag
de geest
later ook toont:
dat is voortgang van vandaag,
verdienste van nu,
geen herstel van de eenmaal verloren
winst.

16. DE VERANDERLIJKHEID VAN DE HEMELSE GEESTEN

1.
Ook de geesten van hierboven
zijn veranderlijk,
zoals wij zeiden,
en het bewijs hiervoor
leveren degenen onder hen,
die door hun verkeerde wil
kwamen te vallen.

Daarom
moet men zelfs hen niet
als van nature onveranderlijk
beschouwen,
die volharden
in de zaligheid waarin ze waren
geschapen
omdat zij zich niet
tot de tegenpartij
lieten overhalen.

Want iets anders is het,

uirtutis industria
boni que custodia
per inmutabilis dei gratiam
non mutari.

2. Quidquid enim
per diligentiam
uel adquiritur
uel tenetur,
potest etiam
per neglegentiam
deperire.

Ideo que
dicitur:

*ne beatifices hominem
ante exitum suum,*
quod uidelicet
adhuc in conluctatione quis
et ut ita dixerim scammate
constitutus,
quamuis uincere soleat
ac frequentes palmas uictoriae
consequatur,
non potest tamen
a metu
ac suspicione incerti prouentus
esse securus.

3. Et idcirco
deus solus
inmutabilis uel bonus dicitur,
qui bonitatem
non industriae studio,
sed naturaliter possidens
non potest aliud quid esse
quam bonus.

Nulla igitur uirtus
potest immobiliter
ab homine possideri,
sed
ut parta
iugiter teneatur,
necesse est
eam semper
illa qua acquisita est
sedulitate atque industria
custodiri.

van nature onveranderlijk te zijn,
iets anders
niet te veranderen
door de ijver voor de deugd
en de getrouwheid in het goede,
beide door de genade van de
onveranderlijke God
in ons bewerkt.

2. Want al wat
men verkrijgt
of bewaart
door zorgvuldigheid,
kan men ook weer
door nalatigheid
verliezen.

Daarom
wordt er gezegd:

*Prijs een mens niet zalig
vóór zijn dood* (Pred.11,30),
want
zolang iemand nog volop in de strijd
staat,
midden in de arena om zo te zeggen,
kan hij
ondanks dat hij gewoonlijk heeft
gezegepraald
en dikwijls de palm der overwinning
behaald,
toch niet vrij zijn
van de vrees
voor de mogelijkheid van een ongelukkig
einde.

3. Daarom
wordt God alleen
onveranderlijk en goed genoemd,
want Hij heeft de goedheid
niet door ijver of toeleg
maar van nature
en kan daarom niet anders
dan goed zijn.

De mens echter,
kan geen enkele deugd
op onveranderlijke wijze bezitten,
en haar
-eenmaal verworven-
te bewaren

XVII. QUOD NEMO RUINA SUBITANEA
CONLABATUR
Lapsus uero
quispiam nequaquam
subitanea ruina conruisse
credendus est,
sed
aut prauae institutionis
deceptus exordio
aut per longam mentis incuriam
paulatim uirtute animi decedente
et per hoc sensim uitii incrementibus
casu miserabili concidisse.

*Ante contritionem enim
praecedat iniuria,
et ante ruinam
mala cogitatio.*

Quemadmodum
domus
numquam
subitaneo ad ruinam procumbit impulsu,
nisi
aut antiquo uitio
fundamenti
aut longa inhabitantium desidia
stillicidiis primum paruissimis
penetrantibus
corrupta sensim fuerint
munimenta tectorum,
quibus
per uetustam neglegentiam
in maiorem modum patefactis
atque conlapsis riuatim

post haec
influet

pluuiarum imbrium que tempestas.

*In pigritiis enim humiliabitur contignatio,
et in segnitia manuum
stillabit domus.*

Quod
animae
spiritaliter euenire
idem Salomon
aliis uerbis
ita designat

vraagt
evenveel inspanning en ijver
als het verwerven zelf.

17. NIEMAND KOMT INEENS DIEP TE VALLEN
Denk toch niet
dat iemand
die komt te vallen,
in eens in dat ongeluk stortte,
want
òfwel heeft een verkeerde vorming
in het begin hem misleid,
òf een langdurige zorgeloosheid
heeft geleidelijk zijn deugd ondermijnd
en alle ondeugden laten omhoogschieten
met als gevolg zijn droevige val.

*Want vóór de vernieling
komt de beschimping
en vóór de ondergang
de slechte gedachte (Spr. 16,1).*

Zo
stort ook een huis
nooit
plotseling in,
tenzij
door een fout eertijds
bij het leggen der fundamenteen begaan
of door langdurige slordigheid der
bewoners,
waardoor het water eerst drupsgewijze
binnendringt
en dan onmerkbaar
het timmerwerk van het dak doet rotten.

Mettertijd
komen er grote openingen
en aanzienlijker verzakkingen,
zodat het
dan
met stromen binnenregent.
*Door traagheid valt immers de
zoldering
en als de handen lui zijn
regent het in huis (Pred. 10,18).*

Dat dit
de ziel
op geestelijke wijze overkomt
zegt dezelfde Salomon

*stillicidia, inquiens,
eiciunt hominem
in die hiemali
de domo sua.*

Eleganter ergo
mentis incuriam
domati
conparauit
tecto que neglecto,
per quam
primo quidem
uelut minutissima quaedam
penetrant ad animam
stillicidia passionum.

Quae
si uelut parua ac leuia
neglegantur,
conrumpunt tigna uirtutum
et post haec influunt
imbre largissimo uitiorum,
per quem in die hiemali,
id est in tempore temptationis,
ingruente inpugnatione diaboli
expelletur mens
de habitatione uirtutum,
in qua scilicet
aliquando circumspectam diligentiam
retinens
uelut in domus propriae possessione
requieuerat.

His itaque conpertis
infinitam spiritalis cibi
percepimus
uoluptatem,
ita ut
ex hac conlatione
maiore animi gaudio repleremur,
quam ante
tristitia super nece sanctorum
fueramus adfecti.

Non solum enim
de quibus haesitabamus
edocti sumus,
uerum etiam illa,
quae pro tenuitate sensus nostri

met andere woorden
aldus:

*De druppels (van het dak), zegt hij,
jagen de mens
zijn huis uit
op de winterdag (Spr. 27,15 LXX).*

Op sierlijke wijze
vergelijkt hij dus
de nalatigheid van de geest
met een huis
met een verwaarloosd dak,
waardoor
eerst
kleine
druppeltjes van hartstochten
binnendringen in de ziel.

Werden deze
verwaarloosd
als gering en onbeduidend,
dan doen ze de balken der deugden
rotten
en volop stroomt
een slagregen van ondeugden binnen.
Komt dan de wintertijd,
dat wil zeggen: de tijd van de bekoring
als de duivel de ziel aanvalt,
dan wordt zij verjaagd
uit het verblijf der deugden,
waarin
een oplettende ijver
haar rustig liet wonen
als in eigen huis.

Naar dit alles luisterend
genoten we
met onverzadelijke smaak
de geestelijke spijs.

Door dit gesprek
waren we van groter vreugde vervuld
dan we tevoren
bedroefd waren geweest
over de dood van de heiligen.

Niet alleen
was de kwestie waar wij niet uit kwamen
opgelost,

minus inquirere noueramus,
sub illius quaestionis interrogatione
cognouimus.

maar bovendien vernamen wij
bij de behandeling van de vraag
nog andere dingen
waar ons kleine verstand
niet zo naar had weten te zoeken.